

D. IOANNIS CHRYS

SOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI IN
OMNES

D. PAULI epistolas commentarij, quotquot apud Græcos extant
latinitate donati, quorum bona pars quæ hactenus de-
siderabatur, recens ~~et~~ traducta est.

Quis cuiusq; commentarij fuerit interpres, ini-
tjjs epistolarum cognoscere licebit.



BASILEAE EX OFFICINA IOAN. HERVAG.

ANNO M. D. XXXVI.

Cum gratia & priuilegio Casareo.

*p. tiner ad nobile dñy fratru pccij doctori^{##} eius ciuitatis saone
Et cotest. fratrib; cappuccinis eiusde loci vsq; ad eiq;*

Della libreria de mid del loro rechio

Hoia della lib. di sugano .7

DIVI IOANNIS CHRY.

SOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, COMMENTARIUM IN SECVNDAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM. INTERPRETE.

Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntate Dei, & Timotheus frater, ecclesie Dei quae est Corinthi cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia, gratia uobis & pax à Deo patre & domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater miserationum ac Deus omnis consolationis, qui solatur nos in omni afflictione, ut possimus consolari eos, qui sunt in quacunq; afflictione, per consolationem qua consolatur nos Deus.



alii d' trāst' 170

PERAEPRETIUM est querere, primū quam ob causam priori epistolae secundā adiecerit, deinde quare exorsus sit à miserationibus Dei, & à consolatione. Quare itaq; secundā adiecit? Quia in priori dixisset, Veni ad uos, & cognoscam, non sermone eorum qui sunt in Asia, sed uim uerbum sub epistolae finem, hoc ipsum seuerius etiā pollicens, Veni enim, inquit, ad uos quum Macedonia peragamus, per Macedonia enim proficiscar: apud uos autē fortasse permanurus sum, aut etiam hyematurus; quum multū inter ea tēporis in recessisset, non solū non uenit Corinthi, uerū etiam quū dies praescriptae praeterisset, tamē etiam nūm contabat, spiritu nimirū eum detinente, in aliis multo magis necessariis. Ob id opus habebat altera epistola, nequaquam habiturus, si ad breue tempus distulisset promissum aduentum. Ceterum non ob hanc tantum causam scripsit iterum, uerum etiam eō, quod prior illa epistola reddiderat illos meliores. Siquidem & illum qui stuprum cum uxore patris commiserat, cui prius applaudebant super eo gloriantes, eiecerunt, ac pro suis absciderunt, id quod declarat quū ait, Quod si quis contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne grauem uos omnes. Sufficit illi huius increpatio, quae facta est à platribus. Rursumq; progressus, hoc idem indicat, dicens, Ecce inceptio, quae facta est à platribus, quantam genuit in uobis solitudinem, enim quod secundum Deum contristati fuistis, quantam genuit in uobis solitudinem, imō purgationem, imō indignationem, imō timorem, imō desiderium, imō zelum, imō uindictam in omnibus ita gestis uos, ut perspicuum esset uos esse pueros in eo ne gero, quin & pecuniarum collectionem, quā fieri iusserat Apostolus, multo studio collegere, unde & dixit, Noui siquidem animi uestri promptitudinem, quam de uobis scido apud Macedones, quod Achaia iam ab anno superius parata esset. Insuper & Timotheus, quem ad ipsos legatar Paulus, plurima cum beneuolentia exceperant, id quod declaratans ostendit, Viscera mea abundantius affecta sunt erga uos, dum recordor uestrum omnium obediētiam, quoniam cum timore excepsistis eum. His omnibus rebus commotus scripsit illam epistolam. Pat enim erat, ut quemadmodum peccantes increparat, ita correctos commiseretur & collaudaret. Hinc est quod nec per totam hanc epistolam admodum inuolutus sit in eos, sed in paucis illius partibus, nimirum circa finem. Nam erant & apud illas turbae nullae ex Iudaeorum gente, qui quemadmodum se se fastu ferebant, ita Paulum tractabant, ut impossibilem nulliusq; pretii uirum, quod & ipse declarat dicens: Epistolae quaedam graues, ceterum praesentia corporis imbecillitas, ac sermo momentani, id enim est quod dicit hoc se sentie indicabat. Quoties adest, uideatur esse nullius momenti, id enim est quod dicitur edebant praesentia corporis infirma. Verum enim uero quum abest, scriptis epistolis magnam fidem facit se idat. Nam hoc indicant illa, epistolae graues. Atq; ut suam auctoritatem quum auerent, simulant non recipere literas illius. Quod ipsum quosq; subindicat quum auerent, ut in eo de quo gloriatur, reperiantur, quemadmodum & nos. Ad hanc quum pollicetur ut in eo de quo gloriatur, reperiantur, quemadmodum & nos. Ad hanc quum pollicetur ut in eo de quo gloriatur, reperiantur, quemadmodum & nos. Ad hanc quum pollicetur ut in eo de quo gloriatur, reperiantur, quemadmodum & nos.

clatus se nequaquam hoc nomine erubescere, neq; rem admodum praedatam esse possit de scientia, tamen diuersum sentit. Itaq; quum probabile esset, ab his nonnullos in praesentem sententiam esse deflexos, postquam illos laudasset super his quae recte gesserant, deinde eorum superbiam, incogitantiam decessisset, qui Iudaicas ceremonias iam in temerarias obseruandas esse contendebant, tum demū congruenter inducit huiusce rebus increpationem. Atq; argumentū quidem epistolae, quātum in summa & in tractatu licuit attingere, sic habere mihi uidet. Superest, ut epistolae proemium attingamus, mox post Apostolo solitam salutationem exponere, quam ob causam sic exorsus sit à miserationibus Dei, deinde post expolitam talis inuicem causam operis proemium fuerit querere differereq;, qui factum sit, ut hic sibi Timotheum copulet. At enim,

Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntate Dei, & Timotheus frater,

Siquidem in prioribus literis pollicitus est se illum missurum, mandataq; dicens, Quod si uenerit Timotheus uideat ut sine timore sit apud uos. Quo pacto igitur illū in proemio sibi copulat, quum is iam eō peruenerit iuxta praedictis promissum? Mihi enim, inquit, uobis Timotheus, qui uos cōmonefaciat de uis meis quae sunt in Christo, & omnibus cordis reuerfus est. Nam quū mitteret illum dicebat, Deducite illū in pace, ut ueniat ad me, expedit enim illū cum fratribus, Quoniam igitur receperat discipulum, cunctaq; simul cū illo correxisset in Asia, ait enim, mansurus sum Ephesi usq; ad Pentecosten, rursus perueniat in Macedonia, merito illum tanquā praesentem sibi copulat. Siquidē utrum ex Asia, ita nunc ex Macedonia scribit. Cōiunxit enim illū sibi, parum illi hac re dignitate & auctoritatem concilians, parum suam declarans modestiā. Erat ille quidem Paulo inferior, sed charitas omnia cōglutinat: unde nō hic tantū, sed ubiq; illū aequat sibi: aliis ita loquens, ut cum patre filius, ita mecū seruus: ita sic, opus enim Dei operatus, quemadmodum & ego: hic uero etiā filiū appellat, modis omnibus agens, ut Corinthi sit reuerendus & oblectandus, quod, ut dictū est, ad eos accesserat, suarq; uirtutis specimen apud illos dederat.

Ecclesiae Dei quae est Corinthi.

Rursus eos ecclesiam appellat, uidelicet, cōcilium illos, & in unū conglutinās. Nec enim fuerit una ecclesia, diuisis uis qui in ea uersantur, ac seditione inter se dissidentibus.

Cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.

Simul & Corinthios honore afficit, dum epistola ad ipsos scripta compellat uniuersos Achaicos, & gentē totam inter se conglutat. Sanctos autē eos appellat, uidelicet, indicans, si quis sit inter illos impurus, eum ab hac appellatione seclusum esse. Sed quā ob causam quū scribit metropoli, per hanc scribit uniuersis praesertim quū id aliis nō temere faciat: Etenim cū scribit Thessalonicis, nō eadē opera scribit uniuersis Macedoniae: quū scribit Ephes, uō itidem cōplexus est totam Asiam: quemadmodum & epistola quae scripta est ad Romanos, nō peruenit ad omnes qui tōtam incolunt Italiam. Verum id hic tantum facit, & in epistola ad Galatas. Neq; enim illic scribit uni ciuitati, nec duabus, nec tribus, sed omnibus scribit quaque uersum dispersit, ita loquens, Paulus apostolus nō ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christum ac Deum patrem, qui excitauit eum à mortuis, & qui mecū sunt omnes fratres, ecclesiae Galatia, gratia uobis & pax. Sic & Hebraeis uniuersis amica scripsit epistola, nec eos per ciuitates distinxit. Quid igitur hic fuit in causa? Mihi uidetur apud hos morbus fuisse publicus & omnium communis, eoq; uoluit epistolā omnibus esse communem, quod communi opus habebant correctione. Siquidem Galatas omnes simul habebat morbus, quemadmodum & Hebraeos, opinor autem quod & Corinthios. Proinde gentem totam simul congregatam alloquitur, quemadmodum illi mos erat apud uniuersos uerba tacere. Gratia, inquit, & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Audi quā sermone exordium cū uenit praesentem argumento.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis.

Et qua